

Index Rerum Notabilium.

maliter, & hoc vel proximè, vel remotè 12. 117. quid sit scientia speculativa ibid. ratio practici, & speculativi sumitur ab objecto, non à fine 12. 119. sunt differentie dividentes scientiam immediatè 12. 126. sunt etiam differentie essentielles, ita ut nequeat idem habitus esse simul practicus, & speculativus 12. 129. an scientia possit stare cum opinione 14. 13. per quid differat ab opinione 14. 3. Sensus, an efficiat ens rationis 3. 49. Simul, vel simulatas quid, & quotuplex 9. 41. cum similitate temporis fiat prioritas naturæ, non è contra, & cum similitate nature fiat prioritas originis, non è contra 9. 40. Singulare non est objectum scientiæ 12. 34. non est definibile 1. 44. vide Individuum. Sicut predicam. definitur, & distinguitur à positione de genere quantitatis 8. 212. quomodo constituat diversum predicam. ad Ubi ib. alia congrua explicatio predicæ. Sicut 8. 214. probabile est non constituitur diversum predicam. ab Ubi ibidem non est modus solius quantitatis, sed esse potest cuiuscunque rei corporeæ 8. 217. Ind. Infr. Specier duplex, subicibilis, & prædicabilis 5. 62. solo nomine conveniunt 5. 63. utriusque definitio explicatur 5. 64. omnis species subicibilis est prædicabilis, & è contra 5. 70. non tamen quatenus subicibilis est universalis 5. 72. quo sensu subicibilis, & prædicabilis connectantur in specie 7. 78. quomodo ad ejus universalitatem Logicam plura requirantur individua 5. 86. quomodo ad metaphysicam 5. 91. quomodo metaphysicè componatur ex genere, & differentia 5. 126. Subalternatio. Vide Scientia. Suppositio, vide Ind. Infr. Substantia trisariam accipitur 7. 2. quo sensu sit generalissimum primi prædic. 7. 11. quæ partes substantiarum excludantur à prædicamento 7. 10. quo sensu etiam ex his partibus possit prædic. constitui 7. 18. Angeli, & corpora cœlestia sunt in hoc prædicam. 7. 11. non verò Deus 7. 7. huius prædicamenti coordinatio 7. 13. quid sit substantia prædicamentalis, & quomodo dividatur in primam, & secundam 7. 23. quomodo hæc divisio explicari possit tam pro prima, quam pro secunda intentione. 7. 24. utraque definitur 7. 27. quomodo intelligatur, quod destructis primis substantiis. &c. 7. 29. quomodo item, quod prima substantia est magis substantia, quam secunda 7. 31. linguae proprietates substantiæ declarantur 7. 34. & seq. Syllagismus in Comuni secundum continentiam virtuales, & potentialem est subiectum Logicæ Arist. quæst. proem. 24. secundum virtuales solum est subiectum in libr. Prior. 11. 1. multipliciter sumitur 11. 5. an differat à dictum 11. 7. syllogismus circularis, & quotuplex 13. 66. an possit fieri in qualibet figura, & modo ib. circulus per quid propriè differat à regressu 13. 67. circulus datur in aliquibus, non in omnibus, tam in divertò, quam in eodem genere causæ, non tamen in eisdem numero rebus 13. 68. regressus quoque est possibilis, & utilis 13. 70. non quidem formaliter, & propriè, sed materialiter, & impropiè, quod etiam de circulo dici debet 13. 71. Vide Ind. Infr.

T

Tempus; Vide Quando, non est vera species quantitatis continuæ 7. 71.

Voluntas an efficiat ens rationis 3. 49.

Terminus. Vide Ind. Infr. Totum, quotuplex 1. 52.

V

Ubi definitur, ac ejus species assignantur 8. 211. Ubi passivum est modus relativus reilocatè superadditus 8. 204. quomodo sit proprius, & per se terminus ejus 8. 208. aliud est locale, & aliud præsentiale ib. quibus rebus conveniat 8. 210. Vide Ind. Infr. Verbum, Vide Ind. Infr. Veritas duplex in essendo, & in significando 10. 5. hæc propriè est in conceptu formali, & in objectivo dependenter ab illo 10. 7. veritas cognitionis non est entitas actus, vel actus, & objectum, sed relatio realis 10. 27. quo pacto distinguitur ab actu cognitionis 10. 30. an suscipiat magis, & minus 10. 46. quid sit determinata veritas in contingentibus 10. 50. Unio formæ ad subiectum tam accidentalis, quam substantialis est in prædicam. habitus 8. 223. Universale quotuplex 4. 1. universale in essendo admitti debet 4. 3. non tam à singularibus separatim, sed realiter idem 4. 8. formaliter tamen distinguitur 4. 9. est commune per indifferentiam, non per inexistentialitatem 4. 10. universale in prædicando datur tantum per operationem intellectus 4. 18. physicum, metaphysicum, & logicum quomodo differant 4. 26. logicum intrinsecè quid relativum est 4. 29. quæ unitas sit ejus fundamentum proximum 4. 30. quæ sit unitas universalis 4. 31. constituitur per esse in, & dici de est passio 4. 36. quo sensu id intelligatur 4. 42. esse in actu, & aptitudine constituit universale, dici de aptitudine tantum est passio 4. 45. universale quo actu sit, & an ab intellectu agente, vel possibili 4. 64. progressus intellectus in solutione universalis 4. 73. fundatur solum in natura pluralitatis 4. 75. qualis hæc esse debeat 4. 87. dividitur in quinque universalis 4. 93. ejus sufficientia ib. hæc divisio est generis in species, & mediata 4. 106. quinque species universalium sunt in omnia 4. 108. quæstiones Porphy. de Universalibus in suo Proem. decidantur 4. 17. universale est subiectum in libr. Porphy. 5. 1. Univoca definiuntur 3. 31. petunt unitatem conceptus formalis, & objectivi 2. 39. qualis esse debeat unitas conceptus objectivi 3. 40. debet perfectè præferre ab inferioribus, & contrahentibus 2. 41. definiuntur ab Aristot. univoca essentialia, sed potest etiam convenire accidentalibus 2. 42. aliud est prædicari univocè, aliud esse prædicatum univocum 2. 91. non est de ratione univocæ, ut sic, quod uniformiter, & æqualiter conveniat omnibus univocatis 2. 44. dantur varii gradus univocacionis 4. 43. species univocorum 2. 44. Voces res ipsas significant ad placitum, non conceptus 2. 2. quomodo intelligatur dictum Arist. quod sunt signa conceptuum 2. 6. vocum significatio quid sit 2. 12. quomodo exerceatur 2. 14. earum perfectio, vel imperfectio in significando duplex 2. 18. quid dicat veritas, & falsitas in vocibus 2. 20. possunt voces perfectius significare rem accidenti, quam nota sit loquenti 2. 22.

Voluntas an efficiat ens rationis 3. 49.

DISPU.

DISPUTATIONES IN ORGANUM ARISTOTELIS.

Quibus ab Adversariis Veterum, & Recentiorum jaculis

SCOTI LOGICA VINDICATUR.

PROLOGUS

Ad Dialecticas Institutiones.



Laudabilis admodum est, & ab omnibus modò recepta consuetudo ad Logicam questionibus contextam præmittere Dialecticas Institutiones, quæ breviter complectuntur ea omnia, quæ fuscè tradunt Summulistæ, & Arist. in suo Organò, undè intervniunt veluti summa textus totius Logicæ, & introductio ad ipsam questionibus contextam. Neigitur à tam utili recedamus consuetudine, Institutiones logicales nos quoque pro Tyronibus præmittimus, antequam difficiliores quæstiones pro provectoribus pertractemus. Quia verò subiectum adæquatam præferam in Arist. logica est syllogismus, ut in Quæst. proem. dicemus, cum hic considerari possit quantum ad formam syllogisticam, & quantum ad materiam, in qua consistit, quæ dici solet circa quam, hinc fit ut in duas præcipuas partes dividatur hujusmodi dialecticæ Institutiones. Prima pars Institutionum ea omnia continet, quæ ad formam syllogismi spectant, ut sunt termini, propositiones, in qua consistit, quæ dici solet circa quam, & in figura. Altera pars est eis constabat, quæ pertinent ad materiam circa quam: quæ triplex est, necessaria, probabilis, & apparsens, ut ibi explicabitur. Hoc autem præferimus agemus, ne in communem incidamus abulum Recentiorum, qui ad Summulas, seu Dialecticas Institutiones ea solum opinantur spectare, quæ concernunt formam syllogismi, unde in his conferendis missa faciunt quæcumque concernunt materiam; non tamen satis consultò, cum enim hujusmodi Institutiones paratae sint, ut per eas ad Arist. Logicam paulatim introducantur Tyrones, sanè nedum tali prævegant introductione Libri Arist. in quibus agit de forma syllogismi, sed præsertim, & ii, in quibus agit de materia. Equidem Petrus Hispan. facile Summalistarum princeps, cum præviam introductionem ad Logicam Arist. Tyronibus sternere cogitasset tractatus instituit nedum de concernentibus formam syllogismi, sed etiam materiam; conferipit enim quoque speciales tractatus de syllogismo Topico, & Elencho; licet, & ipse in hoc defecit, ut notavit Joann. Casarius in sua Dialect. in præfatione ad tr. 7. quod nullam paravit introductionem in eam Logicæ partem, quæ agit de Demonstratione, cum tamen Posteriorioribus Libri, præcipuam pro Tyronibus peterent introductionem, immò, & major necessitate, quam alii omnes, ut potè ceteris difficiliores; Tum quia, ut in qu. proem. dicemus, demonstratio licet non sit adæquatam Logicæ objectum, est tamen præcipuum, & principale; cur ergo prævia introductio non parabitur syllogismo demonstrativo, si paratur Topico, & Elencho? maneat ergo ad integritatem Summularum, seu Logicarum Institutionum nedum spectare tractatus tangentes formam syllogismi, sed etiam concernentes materiam, quæcumque illa fuerit.

DIALECTICARUM TRACTATUS PRIMUS INSTITUTIONUM

PARS PRIOR.

De attentionibus ad formam Syllogismi.



Terminis sunt principia remota syllogismi, ut dicebamus, secundum se, & simpliciter considerati, ut abstrahit ab hac, & illa determinata materia, in qua confici potest; termini simpliciter; propositiones, & earum recta dispositio in modo, & in figura est ipsamet forma artificiosa syllogismi; hinc pars ista prior dialecticarum Institutionum in tres subditi tractatus, in primo agemus de Terminis principis syllogismi remotis; In secundo de propositionibus principis ejusdem proximi; In tertio de modo de ipsamet forma syllogistica, vel potè utriusque etiam ipsi termini, & propositiones solent dici materia ex qua, licet absolute loquendo ad formam syllogismi dicantur attingere, ut hæc distinguitur à materia circa quam.



UOAD primum Arist. 1. Prior. c. 1. definit Terminum esse illud, in quem resolvitur propositio, ut prædicatum, & de quo prædicatur: pro cuius definitionis declaratione advertit Tatar. lib. 1. quæst. 1. §. scilicet quod terminum sumi posse dupliciter, vel in lata significatione indifferenter, scilicet, pro subiecto, prædicato, & copula propositionis; aut determinatione aliquis illorum, ut idem sonat, quod dictio apud Grammaticos, quo sensu est genus ad nomen, verbum, ad verbum, & reliquæ orationis partes. hoc modo copula verbalis, signa universalis, & particularia, ut omnis nullus, aliquis, &c. & adjectiva adjectiva tenta sunt termini, immò breviter omne illud, ex quo constituitur propositio, terminus dici potest in hoc sensu. Alio modo sumi potest in significatione magis propria attendendo vim vocabuli, quod importat ultimum, & extremum alicujus rei pro extremis terminantibus propositionem scilicet pro subiecto, & prædicato, & sic sumit Arist. terminum loc. cit. ac omnes Summulistæ, dum eum definiunt esse extremum propositionis, quam definitionem recipiunt Recentiores passim Villalpand. lib. 1. summi c. 1. Tol. c. 10. Foss. lib. 6. c. 9. Hurtaud. disp. 1. sum. sect. 2. ubi



proriam termini acceptionem reuit: quam tamen omnes alii agnoscent...

Has autem termini proprie sumpti definitiones ita explicat Tatar. ut sensus sit, terminus esse id, in quo tantquam in extremum...

Dubium tamen est de adverbis, conjunctionibus, signis quantitatis, ut omnis, aliquis &c. catibus obliquis, & similibus...

Quod alteram quaerit partem Terminum uniuersum sumpti dividitur in mentale, vocalem, & scriptum...

Quod alteram quaerit partem Terminum uniuersum sumpti dividitur in mentale, vocalem, & scriptum...

li, qua est actus, & secunda operatio intellectus, intelligendum est, nam propositio in hoc sensu est...

C A P U T I I.

De Terminorum multiplicitate ratione significationis.

EX variis capitibus solent termini multiplicari, & uariis eorum diuisionem assignari ex parte nimirum significationis...

Signum est Augustinus de dodi. Christi. cap. 2. est illud quod prater sui cognitionem, quam ingerit sensibus, facti nos uenire in cognitionem alterius...

6. Deinde terminus ad placentum significativum subuiditur in categorematium, & synecategorematicum, categorematium idem latine sonat, quod per se significativus...

allarum rerum, nec possent percipi a sensibus materialibus, Quoad aliam uero partem, in qua agit, quod signum facit nos uenire in cognitionem alterius...

Sed nimis audeat inuenire Ponceus doctorem D. Augustini, quam omnes uenerantur ut communis Magistri, unde mirum esse non debet...

7. Et hoc signum instrumentale ad hoc duplex est aliud naturale, & est quod ex natura sua independenter ab hominum uoluntate aliquid repraesentat...

8. Deinde terminus ad placentum significativum subuiditur in categorematium, & synecategorematicum...

9. Deinde terminus ad placentum significativum subuiditur in categorematium, & synecategorematicum...

negativam: & dicitur aliquo modo significare, non quia uerbum, & proprie non significat, sed quia significatum eius non repraesentatur ut res per se...

Potiori ratione ad hoc tertium genus termini mixti nomina adiectiua reduci possent, quamuis enim Hurtaad. disp. 1. sed. 10. modicus contendat esse terminus synecategorematicus...

7. Rursus terminus categorematius subuiditur in simplicem, seu incomplexum, & compositum, seu complexum, quam diuisionem quidam sic explicant, quod complexus est ille...

8. Deinde terminus ad placentum significativum subuiditur in categorematium, & synecategorematicum...

9. Deinde terminus ad placentum significativum subuiditur in categorematium, & synecategorematicum...



prum complexum, quem tota oratio, aut terminus complexus significat, praestat dicere cum Tatar. cit. quod terminus incomplexus est ille, qui subordinatur conceptui incompleto, & contra vero complexus est, qui subordinatur conceptui complexo in anima, etiam si unus vox esset, dum modo ad aliquod complexum significandi vocis, cuius partes separatae non eadem retinent significationem, potest correlacione conceptus complexus in mente, si ad aliquod obiectum complexum significandum imponeretur, immo si littera A, (inquit Tatar.) imponeretur ad significandum hominem currere, tunc A esset terminus complexus.

Postremo terminus incomplexus subdividitur in finitum, & infinitum, primus est, qui aliquam rem certam, & determinatam significat, ut homo, lapis. Alter est, qui nihil determinate significat, sed tantum determinatè negat, ut non homo, non lapis, unde terminus finitus evadit infinitus, dum ei immediate praeponeatur negatio, & hic terminus non efficit propositionem negativam, quia negatio non cadit supra copulam.

C A P U T I I I.

De Terminorum multiplicitate ratione modi significandi.

§ **P**rima divisio termini, quae ex hoc capite desumitur, est in concretum, & abstractum, concretus est, qui significat aliquid, ut existens in alio, quod concernit, vel ut suppositum propriae naturae, vel ut subiectum, ut homo, & albus, nam homo significat humanitatem in alio supposito naturae humanae existentem indeterminatè, albus significat albedinem alicui subiecto adjacentem, & ideo omnis talis terminus significat aliquid ad modum compositi, sive substantialis, sive accidentalis, ut homo significat habens humanitatem, albus habens albedinem. Terminus abstractus significat aliquid per modum per se stantis, & non alteri inexistens, ut humanitas est abstractum hominis, & significat naturam humanam veluti à proprio supposito separatam; albedo est abstractum albi, & significat formam albedinis, veluti à subiecto, cui inhaeret, separatam, abstracta haec enim idem est, ac ab alio trahere, se separare, & ideo omnis talis terminus habet modum significandi simplicem, & non compositum.

Alter a Divisio est in absolutum, & connotativum, quam aliqui ita explicant, quod absolutum rem significat ad modum per se stantis, connotativus vero per modum alteri adjacentis, ita cum Tolet. Averis cap. 6. Complut. cap. 4. Ovid. in Summul. contr. 1. punct. 3. sed minus rectè, quia ista explicatio pertinet ad terminum concretum, & abstractum, cum quibus confundendi non sunt terminus absolutus, & connotativus. Ideo alii sic explicant, quod ille fit terminus absolutus, qui si solo esse perfectè significativus, ut v. gr. Petrus, Leo, &c. ille vero connotativus, qui in sua significatio notat alium terminum, sine quo non perfectè significat; primi generis sunt omnia substantiva, secundi generis omnia adjectiva, nam abns v. gr. requirit alium terminum, ut habeat completam significationem, ita Cassius l. 1. tract. 1. cap. 3. ubi ait, quod licet à Philosophis solet nomina connotativa alteri usurpari, logicè tamen, & grammaticaliter taliter usurpari debere, scilicet, quod sint talia nomina, quae non habeant completam significationem, nisi vel de altero praedicantur, vel alteri assignantur. Sed nec bene ita explicatur, quia, ut liquido constat, haec explicatio omnino pertinet ad terminos categorematicos, & syncategorematicos, nam ille est, qui si solo esse perfectè significativus, ille vero non se solo perfectè significat, sed ut alteri adiunctus, ut constat ex cap. praecedenti: at confundi non debent terminus absolutus, & connotativus cum categorematico, & syncategorematico, quia sunt diversae, divisiones, & ex diversis capitibus desumptae, unde valde decipitur Fuent. cit. diff. 2. art. 2. eos confundens.

9. Ut igitur ista divisio, quae inter omnes praecipua est, & ad multa delerit, rectè intelligatur, sciendum est apud Summulistas illud dici connotatum alicuius nominis, quod non ex vi nominis importatur, sed potius datur intelligi ex modo significandi principalis significati, ut ex Scotto colligitur quolib. 12. art. 2. unde non importatur primario, & directè, sed secundario, & indirectè, & ideo ingreditur conceptum rei, non veluti per se pars eius per modum scilicet generis, vel differentiae, sed veluti aditum ab extrinseco, necessarium tamen, ut habeatur perfectus rei conceptus, & quietativus, sic coena est nomen connotativum, quia licet ex vi nominis, & directè solum significat, tamen ex modo significandi principalis significati dat intelligere tempus vespertinum, idque necessario co-intelligi debet, ut habeatur conceptus perfectus, & quietativus coena. Ex qua doctrina facile colligitur explicatio termini absoluti, & connotativi, nam ut docet Tatar. tract. 7. comm. 1. §. 2. secundum & Braslaua quest. 7. & 8. univers. propè finem, terminus absolutus est, qui nihil connotat, id est, qui praeter genus, & differentiam, quae sunt per se partes conceptus

eius, nullum extraneum secundario requirit co-intelligendum, quod eius conceptum quidditativum ingrediat, ut periculus, & quietativus evadat, tales termini sunt bos, homo, & similia concreta substantiaalia practicae substantiae, nam ex concernant suppositum propriae naturae, tamen quia natura cum supposito non facit unum per accidens, ut forma accidentalis cum subiecto, ideo totum illud compositum ex eorum importatur, non vero principaliter, unum, & in recto, secundario aliud, & in obliquo. Terminus vero connotativus est contra est, quia ultra principale significatum, & in recto, aliud aliud dat intelligere secundario, & indirectè, veluti necessarium ad habendum conceptum rei perfectum, & quietativum sic Pater dicitur connotare filium in ratione termini, accidens substantiam in ratione subiecti, materia formam in ratione compartis, quatenus haec omnia licet sint extra formalem, & quidditativum conceptum eorum, quia nec genus sunt, nec differentia illorum spectant tamen ad conceptum eorum integrum, & perfectum, seu quietativum, ut Scotus explicat 4. d. 12. q. 1. sub littera L.

Ex his sequitur, omnia nomina abstracta sunt substantiaalia, quia accidentalia esse absoluta, non est contra, nam homo est terminus absolutus, non abstractus, ad tamen ita intelligendum est, quod nomina abstracta substantiaalia tam secundum rem, quam secundum modum significandi sunt absoluta, accidentalia vero ratione tantum modo significandi, quia secundum rem significat aliquid alteri adjacentis, quia secundum rem non omnia connotativa esse concreta, ut arbitratum multi, nam nomen creationis, & conservationis non est concretum, ut patet, & tamen est nomen connotativum, ut docet Doctor quol. 12. art. 2. sic etiam nomen vitalis operationis non est concretum, & tamen est connotativum, ut docet quol. 13. ad arg. princ. nec est contra omnia concreta sunt connotativa, quia licet omnia concreta accidentalia sint connotativa, non tamen concreta substantiaalia, nisi quando nomine adjectivo significatur, ut corporem, rationale, humanum, tunc enim significatur per modum alteri adjacentis, unde ratione modi significandi sunt termini connotativi.

10. Poncius in sua Logica parva cap. 2. num. 14. haec nostram non approbat explanationem, quia tunc nullus esset terminus absolutus, ea supposita quoad nos, neque enim posuimus habere ullum conceptum distinctum, & quietativum de illa re, quin necessario habeamus conceptum de alia re, ergo si terminus absolutus est, qui significat rem sine dependentia ab alia re, quae requiritur ad habendum conceptum quietativum eius, nullus erit terminus absolutus, probat antecessus, quia si esset alius terminus absolutus, probat antecessus, nec esse homo potest intelligi perfectè absolute, quod intelligitur distinctum, ut aliqua in operatio propria ipsius, nec abedo abique eo quod intelligitur minus aliquod particulare, & proprium ipsius, per ordinem ad quod posset distingui ab aliis formis, ergo nullus esset terminus absolutus supposita praedicta descriptione. Deinde coena, pro ut distinguitur a prandio, principaliter, & per se primo significat tempus vespertinum; ergo si terminus connotativus est, qui ultra principale significat aliud indirectè, coena non erit connotativa saltem ratione temporis. Hinc alter explicat hoc terminus dicendo, quod terminus connotativus est ille, qui significat rem relativam, ut relativa est, atque adeo qui connotat terminum eius; absolutus vero, qui significat rem absolutam, ut absoluta est, cuius ratio est, quod absolutum opponatur relativo; ergo connotativus terminus, qui opponitur absoluto, debet esse relativus; & hinc dominus, pater, magister, Creator, servus, creatura, generans similis, & dissimilis, sunt termini connotativi; Nec refert, quod sint etiam concreti, quia hoc competit ipsis secundum diversam considerationem, sunt enim concreti, quatenus dicunt rem affectam aliqua forma, v. gr. dominus connotativus hominem habentem dominationem; sunt autem connotativi, quatenus forma illa, quae afficit, est relativa, & propterea indigens ad conceptum aliquo alio termino; Hi vero termini sunt absoluti albus, justus, sapientia, humanitas, quia non significat formaliter relativum, quae tale, nec relationem.

Haec tamen Poncii explicatio est contra commungem modum loquendi Summulistarum, qui passim docent in hac divisione absolutum non opponi relativo, sed connotativo; non ergo per terminum connotativum idem proflus intelligi debet, quod relativus; Tum quia licet relativa quamdam cum connotativis videantur habere affinitatem, quia utraque dicunt eandem ordinem ad aliud, adhaec tamen magnum inter ea veritè discrimen, ut infra dicemus disp. 8. q. 3. art. 1. propè fin. §. pro complemento huius art. ubi manifestum fit terminum relativum, & connotativum esse idem. Tum quia aliquod co-coretum accidentale v. gr. albus est terminus connotativus, & tamen non est relativus, ut satis de se patet; quod vero sit connotativus, probatur, quia connotare, ut constat ex vi nominis, est simul cum uno à liud notare, non quidem ex prima nominis impositione, sed ex modo significandi principalis significati; at ita se habet hoc nomen albus, quod licet formaliter, & ex ipsa nominis impositione significet formam albedinis; tamen quia significatur in concreto, ideo ratione modi significandi cum forma notatur quoque subiecti secundario, ergo

ergo est terminus connotativus, cum tamen non fit relativus. Tum quia terminus relativus, ut sic per se primo, & directè respicit aliud, & praecise tamquam terminum, ut pater filium, connotativus, hoc enim est importari aliquid de connotato idem non de principali significato, sed secundario, ac veluti accessorie, nec etiam respicit aliud praecise, ut terminum sui dependentiae, ut constat in illo exemplo de albo, quod lignum verbi gratia vel lapidem respicit, ut subiectum, non ut terminum, sed respicit illud per modum annexi, & accessorii ex modo significandi principalis significati, ut liquet de nomine coena in ordine ad tempus vespertinum.

Neque rationes eius in oppositum urgent; nam ad 1. negatur sequela antecessus, scilicet ex hac nostra explanatione sequi nullum terminum esse absolutum, sed omnem connotativum, quia satis constat non omnia nomina rebus imposita aliquid significare per modum annexi ex modo significandi principalis significati, unde haec, & similia nomina erunt termini absoluti; tum quia, ut inquit Doctor hinc. cit. 4. d. 12. q. 1. sub lit. L. fallum est non posse haberi ullum conceptum distinctum, & quietativum de illa re, quin necessarium habeamus conceptum de alia re, quae non sit de eius essentia, alioquin nulla posset à nobis assignari definitio qualificativa rerum, fed qualibet data esset per additamentum, unde inquit Doctor, quod quavis forma habere necessarium conceptum perfectum quietativum, nisi co-intelligatur illud, cuiuslibet forma, & ideo quantumvisque essentialia forme experimenter sine illo, cuius est forma, quamvis quidditas eius indicaretur, tamen non esset conceptus perfectus quietus intellectum, & ideo nec definitio; nihilominus cautum, quod est in se quoddam compositum subsistens, si concipiatur in se, intellectus ibi quietus non requiritur aliud co-intelligere, & sic homo quidditativè, & quietativè intelligitur per hoc praecise quod intelligatur partes essentialies eius, absque eo, quod intelligatur aliud, quod non est de essentia eius, neque ex hoc quod hominis quidditas ex aliqua eius propria operatione apprehendatur pro statu illo, sicut, & aliae rerum quidditates in usu ex operatione rei nos discurrere à posteriori ad eius essentiam velendam, quod absque illa connotatione fieri potest, non enim connotatio consistit in hoc, quod unum cognoscatur ex alio, vel cum alio quodcumque, sed ita ut unum ex nominis impositione detur intelligi, aliud vero secundario, & minus principaliter ex modo significandi principalis significati, ut constat in exemplo de nomine coena. Ad 2. negatur assumptum nempe caena, ut à prandio distinguitur, per se primo, & principaliter tempus vespertinum significare, quia nomen hoc ex prima institutione impositum fuit ad significandum comestionem, & solum ex modo significandi principalis significati innuit tempus vespertinum, & ideo à prandio distinguitur solum per se connotatur, quod si contentus coenam per se primo significare tempus vespertinum, ut à prandio distinguitur, adhuc erit terminus connotativus, quia secundario, & minus principaliter comestionem significabit, cum utrumque ex aequo, & per se primo significare non possit, non enim haec duo aequali habent inter se connexionem, & affinitatem, ut per se conceptum facere possint. Ad aliam rationem, quam hinc Poncius stabilitat intentionem, negatur assumptum, quod scilicet absolutum, ut hic de eo loquuntur Summulistae, opponatur relativo, nam potius hic sumitur, ut opponitur connotativo, unde connotatio etiam in rebus absolutis reperitur, ut constat in exemplis alatis de albo, coena, & alius.

Tertia demum divisio est in terminum denominantem, & denominatum, seu denominativum, quae divisio grammaticaliter ita explicatur, ut denominans sit à quo denominatus derivatur, ut à iustitia iustus, ab albedine albus; At apud logicum denominativa dicuntur ea nomina concreta, quae à suis abstractis differunt in modo significandi, qui est significativus per modum adjacentis, & secundum illud nomen adjectivum habent virtutem denominandi, id est denominativè praedicandi de subiecto. Cum ergo terminus denominativus ille sit, qui formam significat per modum alteri adjacentis, informativus, & denominans, sui qualificans, & tale fit omne connotatum accidentale; substantiale vero tantum solum, quando nomine significatur adjectivo, sequitur, omnia concreta accidentalia esse denominativa, substantiaalia vero non nisi quando nomine significatur adjectivo; & quia de Denominativis fusi agimus infra Disp. 2. q. 6. hic plura non addimus.

C A P U T I V.

De multiplicitate terminorum in ordine ad res significatas.

§ **P**rima divisio termini, quae sumitur ex parte rei significatae, est in terminum communem, & singularem. Communis est, qui aliquid significat commune pluribus, ita ut etiam singulis locum conveniat, ut homo, qui convenit omnibus, & Bellotti Tom. I. Logica.

nibus hominibus, & singulis. Terminus singularis est, qui unam rem singularem tantum significat, vel plura per modum unius. Et uterque subdividitur, communis quidem in transcendentem, & limitatam: Transcendens est, qui convenit omnibus rebus per omnia vagando ut Res, ens, nam, bonum; limitatus, qui pluribus quidem communis est rebus, non tamen omnibus, ut animal, quod convenit homini, & equo, non tamen lapidi. Singularis vero subdividitur in determinatum collectivum, & vagum. Determinatum est, qui per proprium nomen, vel per commune cum pronome demonstrativo rem ipsam singularem determinatè significat, ut Petrus, hic homo ille homo. Vagus, qui rem singularem indeterminate significat, nempe mediante termino communi, & signo particulari: ut quidam homo. Collectivus est, qui plura; sed in unum collecta dicit, ut Populus, Civitas, Senatus. Addunt etiam terminum singularem ex impositione, ut filius B. Virginis intelligitur Christus, quia supponitur unum tantum habuisse filium. Sed obicitur, quod Petrus est nomen commune singulis hominibus, qui hoc nomine appellantur, Civitas etiam, & Senatus plura significat, ergo non sunt termini singulares. Resp. nomen Petri utique est commune pluribus, sed non res insignificata per Petrum, quia Pater tale nomen impositit Filio suo, ut cum distingueret ab omni alio: Civitas vero, Senatus plura utique significat, sed ad unum collecta, & hoc impedit, ne sint termini communit, qui pluribus convenit etiam seorsim sumptis, sed adhuc erit terminus communis hoc nomen, Civitas, si ad hanc, & illam Civitatem comparatur, & non ad homines in eadem Civitate degentes.

12. Rursus terminus communis subdividitur in univocum, & equivocum, & analogum. Univocus est, qui convenit pluribus secundum idem nomen, & rationem importatam per illud nomen, ut homo, qui convenit Petro, & Paulo non solum secundum idem nomen, quatenus hic, & ille est homo, sed etiam secundum eandem rationem per illud nomen importatam, quia hic, & ille est animal rationale; haec enim est ratio illi nominum correspondens. Equivocus est, qui convenit pluribus secundum idem nomen, at non secundum eandem rationem illi nominum correspondentem, sed secundum diversas, ut Canis dicitur de animali latrabili, de fidele, & pisce, fed huic communi nomini eadem ratio in omnibus non correspondet, sed proflus diversa, quia licet Canis terrestris, & marinus conveniant in eadem ratione animalis, non tamen in eadem ratione, & definitione Canis terminus analogus est, qui pluribus conveniens, vel secundum nomen tantum, vel etiam secundum eandem rationem illi nominum correspondentem, ita illis convenit, ut participat ab eis non aequaliter, & uniformiter, sed secundum prius, & posterius, hic enim ordo prioris, & posterioris, & dependentiae analogorum ad primum est ita analogia intricata, ut bene dixerit Cajet. de nominum analogia cap. in fine quasi synonyma esse analogice dici, & dici prius, & posterius, unde in omnibus scholis semper per talem ordinem explicata fuit analogia, sic ritus analogice dicitur de homine ridente, & praeo florente secundum idem nomen tantum, sed prius de homine, & postea de prato metaphora inde translata, ens analogice convenit substantia, & accidenti secundum eandem rationem intrinsicè ab utroque participatam, fed convenit accidenti per attributionem, & ordini ad substantiam, fed quia de Univoco, Equivoco, & Analogis late disputamus infra disp. 2. q. 4. & 5. de hac divisione pro nunc haec pauca sufficiant.

Demum dividitur terminus in terminum primae, & secundae intentionis; terminus primae intentionis est ille, qui impositus est ad significandas res, ut sunt in se independentes ab operatione intellectus, ut animal, & homo. Terminus secundae intentionis est ille, qui impositus est ad significandas res sub aliquo attributo rationis, quod non afficiunt nisi negotiante intellectu, ut genus, & species, quod enim homo dicitur speciei, & animal genus, hoc totum procedit ab opere intellectus.

C A P U T V.

De universaliis, seu practicebilibus.

§ **T**erminus communis univocus quando in ordine ad illa plura, quibus convenit, concipitur sub secunda intentione superioritatis, vel in ordine ad inferiora, dicitur terminus Universalis, & dicitur etiam Praedicabile, quatenus praedicari potest, seu affirmari de illis pluribus, quinque autem fuit termini sic universales, fed praedicabiles: Genus, Species, Differentia, Proprium, & Accidens, de quibus Porph. in Ilogoe, cuius divisionis sufficientia est, quia omne, quod praedicatur, aut praedicatur in quid, id est per modum nominis substantivum, aut in quale, id est per modum nominis adjectivum, si in quid, vel dicit partem essentiae, vel totam essentiam; si partem essentiae, sic est genus, ut animal; si totam essentiam, sic est species, ut homo, si praedicatur in quale, vel praedicatur essentialiter, vel accidentiter, si essentialiter, sic est differentia, ut rationale, si accidentiter, si intrasmutabiliter, & cum necessaria connexionem, & sic est proprium



primum, ut risibile, quod licet sit extraneum ab hominis natura, tamen est cum illa necessario connexum, vel transfutabiliter, & sine necessaria connexione, & sic est accedens, ut album : Assignamus autem distinctionem Proprii : & Accedentis per transfutabiliter, aut intranfutabiliter predicantur non autem predicari convertibiliter, aut intranfutabiliter, ut multi faciunt, quia non potest proprium consisti in ratione predicabili, & ut sic ab Accedente distingui per rationem predicabilem, quia repugnat Universale in ratione predicabili convertibiliter, quia repugnat Universale in ratione universali de ratione enim termini universalis, ut supra dictum est, est quod predicatur de suis inferioribus etiam seorsum sumptis, ita quod etiam de singulari singulariter sumptis predicatur, at implicat posse ita predicari de suis inferioribus convertibiliter, quia cum eis non convertitur in subsistendi consequentia.

14. Genus est illud universale, quod predicatur de pluribus specie differentibus in quid, id est essentialiter, & per modum nominis substantivi, querenti enim quid est homo? recte respondemus per nomen substantivum est animal, quid est Leo? est animal, licet enim homo, & Leo specie differant, conveniunt tamen in ratione generica animalis, ex hoc autem, quod predicatur de pluribus specie differentibus, palam fit genus non predicatur totam essentialitatem suorum inferiorum, alioquin specie non differant, sed tantam partem essentialitatis, & hanc potentialem, & materialem, ac per differentias contrahibilem. Triplex vero genus distingui solet, generalissimum, seu summum, & supremum, & est illud, supra quod aliud non extat genus, tale genus censetur esse substantia, quia supra se non habent nisi ens, quod non est genus, eo quia transcendens, est commune Deo, & creaturis. Genus medium, seu subalternum, & est illud, quod tam supra se, quam infra habet aliquod genus, ut corpus, habet enim supra substantiam, & infra se vivens, & animal. Genus denique infimum, seu proximum, & est, quod infra se non habet aliud genus, ut Animal, sub ipso enim immediate ponitur species, ut homo, leo, &c.

15. Species ad duo comparari potest, vel ad genus, cui subiacitur, vel ad inferiora, de quibus predicatur; iuxta primam comparationem dicitur species subiacibilis, iuxta secundam dicitur predicabilis, quia predicabilis in ordine ad inferiora attenditur; species in ratione subiacibilis definitur, quod sit ea, quae ponitur subgenere, quod intelligi debet proximè, & immediate quia etiam individua sub genere ponitur, sed mediata, & species sub illa ratione subiacibilis dicitur, sed mediata, & species sub illa ratione subiacibilis dicitur, sed triplex, summa, seu suprema, media, seu subalternata, infima, & ultima, quae dicitur a thoma, & specialissima: species subiacibilis summa est, quae immediate ponitur sub genere supremo, ut corpus in predicamento substantiae: media, & subalternata est, quae non immediate ponitur sub genere supremo, nec immediate sub se continet individua, ut vivens, & Animal in eodem predicamento substantiae. Infima, & specialissima est, quae sub se immediate continet individua, & immediate continetur sub genere ultimo, & proximo, ut Homo in eadem serie substantiae, qui immediate continetur sub animali, & immediate sub se continet Sortem, & Platonem, ex quo patet omnia genera sub supremo contenta dici species subiacibiles, non tamen predicabiles, quia si ad inferiora comparantur, de quibus predicantur, cum illa specie differant, habent rationem generis, & velut genera predicantur. Et ideo species predicabilis est una tantum, infima, scilicet, & specialissima, & definitur, quod sit illud universale, quod predicatur de pluribus numero differentibus in quid idem essentialiter, & per modum nominis substantivi, querenti enim quid est Sortes, recte respondemus, quod est homo, quid est Plato? est homo, licet enim Sortes, & Plato differant numero per proprias differentias individuales, conveniunt tamen in ratione generica hominis: ex hoc autem, quod species predicatur de pluribus solum numero differentibus, statim deducitur predicari totam essentialitatem suorum inferiorum, quia differentia numerals non est differentia essentialis, & quidditativa, differentia namque individualis non pertinet ad quid est individui v. g. Platonis, sed potius ad quis est. si enim queratur quis est iste homo? responderetur, est Plato. Ex quo tandem factum est, solam speciem infimum propriè, & absolute dici speciem, & hoc secundum Universale consistit, quia, si vide comparatur ad superiora, sive ad inferiora semper dicitur species, & nunquam dici potest genus, quod non evenit in specie summa, & intermedia, quae si ad inferiora comparantur, necessario habent rationem generis, & nullo modo dici possunt species.

16. Differentia, est quae res aliqui inter se convenientes in aliqua superiori ratione abinvicem differunt, ac discriminantur, & à Porphyrio in sua flagos. cap. 4. dividitur in communem, propriam, & propriissimam. Communis est, quae habet differentia communis, quia per eam velut per accidens commune fecerunt a qualibet alia realitatem non habente. Propria est, quae definitur ab accidente proprio, sic homo per risibile differat ab equo, & Leone, velut per accidens proprium. Propriissima tandem est differentia essentialis, per

quam una res essentialiter differat ab alia, cum aliqui essentialiter convenit in superiori ratione, sic rationalitas ponitur hominis differentia, quia per ipsam essentialiter differat ab equo, & leone, cum quibus aliqui convenit in ratione generica animalis. Cum vero triplex sit species, ut dictum est, summa, media, & infima, triplex quoque erit differentia, differentia nempe speciei summae, differentia mediae, & differentia infimae, illa dicitur differentia generica, sed ista dicitur absolute differentia specifica, quia est differentia speciei ultimae, quae nequit dici genus, & haec cum est per plurimum incognita, non fuit à Porphyrio definita, cum dixit, Differentia est quae predicatur in quod de pluribus specie differentibus, nam differentia speciei infimae non predicatur, nisi de pluribus numero differentibus, ut ipsa species infima; Cum igitur Differentia, ut et tertium Predicabile, comprehendat omnes praedictas essentialitas differentias, tam, scilicet, genericae, quam specificae, tali definitione debet definiti, quae omnibus sit communis, v. g. quod sit illud universale, quod predicatur de pluribus in quod, sive illa plura differentiae speciei solo numero, ut docet Scot. 1. 2. 7. univ. sic quippe definit tam differentiam genericae, quam specificae comprehendit, & dicitur in quod, quia de suis inferioribus utique predicatur essentialiter, nam dicit partem essentialitatis, sed quia dicit partem formalem, & qualificantem, ideo predicatur per modum qualis, seu per modum adjunctis, & nomine adiectivo, quod rei enim quid est homo, recte respondemus per genus, quod est animal, querenti autem quale animal sit essentialiter, respondemus per differentiam est rationale. Ex quo patet subiacibilia, respectu quorum Differentia v. g. rationalitas est tertium universale, non esse inferiora sua quidditative, id est hanc, & illam rationalitatem, quia de istis predicatur in quod, & veluti species, sed esse inferiora sui subiecti, id est speciei humanae, quam constituit, de istis enim predicatur in quod, scilicet, de Sorte, & Platone, & possunt dici sua inferiora qualitatively, quatenus de ipsis predicatur in quod, idem dicitur de differentia generica.

17. Proprium est accedens sunt Universalia accidentalitativa, quae contra essentialitatem suis inferioribus conveniunt, in quo distinguuntur à tribus prioribus Universalibus, quae dicitur Universalis essentialitativa, eo quia essentialiter suis inferioribus conveniunt, quia tamen proprium minus distat ab essentialitate, quam accedens commune, ut potest, quod immediate finit ab essentialitate, ideo immediate sequitur post universalitatem essentialitativa. Per cuius declarationem assignat Porph. cap. 5. quatuor modos proprii, proprium primo modo illud est, quod accidit soli alii speciei, sed non omnibus individuis eius, ut homini esse Medicum, vel Geometram, proprium secundo modo est, quod accidit omnibus individuis alicuius speciei, sed non soli illi speciei, ut homini esse bipedem, proprium tertio modo est, quod accidit soli, & omni sed non semper, ut homini in senectute cancelli; proprium quarto modo est, quod accidit omni, soli, & semper, ut homini esse risibile, est enim homo non semper rideat, semper tamen habet aptitudinem ad ridendum, & ait proprium hoc modo consistit quartum predicabile, quia accidit omni, soli, & semper. & esse propriè proprium, quia conversum predicatur de rebus est proprium. Unde aliud est considerare proprium in ratione proprii, aliud in ratione predicabilis, in ratione proprii utique constituitur per predicari convertibiliter, non tamen in ratione predicabilis, quia sic predicari proprii repugnat rationi universalis, quod cum comparatur illi, de quibus predicatur, ut superius suis inferioribus, nunquam cum eis convertitur in subsistendi consequentia, sed constituitur in ratione universalis per accidere omni soli, & semper quod idem est, ac praedicari de pluribus in quale accidentale necessario, & intranfutabiliter, ut Scot. explicat qu. 1. univ. in corp. ubi explicans allam Porph. definitionem ait, quod per ly accidit habetur ratio predicabilis, & modus praedicandi, scilicet, in quale accidentale; & per ly omni, & soli habentur subiacibilia proprii, quae nimirum sub inferiora quidditative illius generis, vel speciei; cuius est proprium, & per ly semper habetur necessitas praedicandi, per quam distinguuntur ab Accedente, quia proprium de suis subiacibilibus ita necessario, & intranfutabiliter predicatur, ut de illis omnino negari nequeat, licet enim possumus non intelligere hominem cum risibilitate, quia abstrahentium non est mendacium, nequam tamen possumus intelligere hominem sine risibilitate, vel sub opposito risibilitatis absque praedictio essentialitatis ipsius hominis, quod non est verum de Accedente communi etiam inseparabili respectu sui subiecti quia, & sine eo, immo, & sub eius opposito potest intelligi sine repugnancia, ut Corvus sine nigredine, vel etiam fub albedine. Hic tamen advertendum est, quod licet Porph. definitur tantum proprium specificum (forte quia motus) potest tamen, & debet eadem definitio applicari etiam proprio generico, per ly omni, & soli intelligendo omnes, & solas species illius generis, cui aequatur, proprium enim hoc quartum predicabile constituitur complexitè genericum, & specificum, & claris definiti potest illud esse, quod predicatur de pluribus in quale accidentale necessario, & intranfutabiliter, sive illa plura numero, sive etiam specie differant.

18. Accedens commune, quod ita vocatur ad differentia accedentis proprii definitur à Porph. ed quod ad est, & abest prater subiecti corruptionem, quae definitio ut explicet accedens commune in ratione universalis debet intelligi de accidente pro fecundum

intentione, & secundo intentionaliter explicatur, Scot. docet qu. 3. & 3. universali ubi accidens sumi posse primo intentionaliter, ut idem sonat, quod inharens, vel alteri adiacens, & secundo intentionaliter, quomodo dicit illam secundum intentionem, quae attribuitur alicui, quod sine implicita potest firmari, & negari de subiecto, itaque in hac definitione nomine subiecti intelligitur subiectum praedicationis, non inhariens, & ly abest, & abest non sonat idem, quod inharet, vel non inharet prater subiecti corruptionem, sed capitur secundo intentionaliter, ut idem fit, quod affirmatur, vel negatur abique praedictione essentialitatis subiecti, in quo accedens commune distinguitur ab accidente proprio, quod non potest negari de subiecto absque destructione essentialitatis illius, nam sicut ex risibilitate recte inferat à polteriori humanitas, ita ex negativitate risibilitatis recte inferat à polteriori humanitas. Et hanc definitionem secundo intentionaliter esse explicandam infirma vit Porph. ipse qui videns insufficentem, quae ex accidentibus inloparabilibus convenire etiam accidenti inseparabili, quia recte intelligi potest subiectum sine tali accidenti, ut Aethiops abus sine ipso corruptio, ergo Porphyrius locutus est in definitione de conjunctione accidentis cum subiecto, vel separatione per intellectum, quae non sunt nisi per secundam intellectus operationem, scilicet affirmationem, vel negationem. Explicat vero accedens in ratione universalis, quia ut ait Doctor cit. per totum illud copulatum ad est, & abest prater subiecti corruptionem, infirmatur genus, & differentia, nempe praedicari in quale accidentale transfutabiliter; Ex quo patet accedens commune non esse quantum Universalis respectu suorum inferiorum quidditative, ut color non est accedens respectu albedinis, & nigredinis, sed respectu subiectorum, cum quibus contingenter habet connexionem, sive habet respectu hominis, lum, sive etiam specie differentia, ut album respectu comprehendit accidens tam genericum, quod scilicet, convenit pluribus speciebus, quam specificum, quod, scilicet, individuum tantum unius speciei competit: un vero etiam substantia praedicationem accedens intini praedicabilis, affirmativè respondemus in disputatione, & haec sufficienter de quinque Universi. alia namque plura de ipsis dicebat ad quæst. differimus.

CAPUT VI.

de pradicamentis, & primò de absolutis.

19. Quia non sufficit Logico solum cognoscere terminos praedicabiles, & subiacibiles, debet etiam rectam eorum dispositionem cognoscere debet, ut legitimis praedicationes conficere possit, ideo post quomodo praedicabilia, quae sunt modi praedicandi essentialiter, vel accidentaliter, in quid, vel in quale, & praedicationis agere debet, quae sunt coordinationes generum, & specierum, seu debita dispositio praedicationum essentialium superiorum, & inferiorum secundum sub. & supra aliquid ad individua; decem vero sunt praedicamenta, ad quae tamquam ad decem classes, & summa genera reduciuntur omnes naturae rerum, & earum gradus, atque essentialia praedicta, tria prima sunt absoluta, & ad se, Substantia, Quantitas, & Qualitas, & alia septem respectiva, & ad aliud Relatio, Actio, Passio, Ubi, Quando, Situs, Habitus, cuius denarii numeri efficitur sufficienter assignari non potest, sed retineri debet, ut ait Scot. 4. d. 13. 9. 1. C. & quol. 1. K. quia famosa est, & ipsamet antiquitate probata. Neque pertinet haec tractatio ad Metaphysicam, cuius proprium est agere de eate, & eius speciebus; quia agitur hic de illis istidem, non ut naturae quaedam sunt (sic enim ad Metaph. spectant) sed modo logico, ut nimirum res explicentur, & significantur vocibus, & praedicatione, ac subiacentur, sive ut subiant secundum intentionibus praedicabilitatis, & subiacibilitatis. Sumunt vero haec decem rerum coordinationes à generalissimo huius nomenclaturam, ut series omnium quantitatum Quantitas, & sic de aliis quodlibet vero praedicationem tribus contentur coordinationibus, ut media, & quibus collateralia, media quidem est generum, specierum, & individuum ita disposita, ut genera de speciebus, & species de individuis praediciantur, & universum omnia superiora de suis inferioribus in laterali bus vero differentia (quae tæpe per accidentia propria circumloquimur) sunt collocata, unum enim quodque genus per duas dividitur differentias ad duas species inferiores constitutas, ut substantia dividitur per corporeum, & incorporeum, & cum haec differentia consistit spiritum, cum illa corpus, & eodem modo dicendum in aliis Categoris: Neque in linea laterali differentiae superiores de differentis inferioribus per se praediciantur, sed tantum de inferioribus speciebus, & individuis, quae sunt in media linea, ut sensibile non praedicitur de rationali, sed de homine, & deniq; cum ens finitum fit, quod in decem praedicationem dividitur, ac descendit, quae cumque in praedicationem reponantur, sunt entia finita, & limitata, talis itaque est structura arboris praedicationis mentalis, cuius figuram in textu videre non potest.

20. Substantia praedicationis est ens absolutum, per se subiacet, & Bellati Tom. 1. Legia.

flens, id est non alteri inharens ad modum accidentium, immo in his accidentibus subsistens, unde tam denominatione absoluta, scilicet, per se stando quam relativa, scilicet, a subsistendo accidentibus, dicitur substantia, & duplex est, prima, & secunda, substantia prima est illa, quae nec est in subiecto, nec dicitur de subiecto, ut Sortes, vel hic homo, non est in subiecto, quia in substantia est, non in accidentibus, non dicitur de subiecto, & tamen de per se inferiori, quia individuus est, & singularis. Secunda substantia est, quae non est in subiecto, sed dicitur de subiecto, id est caret subiecto inhariens, non tamen praedicationis, tales substantiae sunt genera, & species, animal enim licet non sit in subiecto, praedicitur tamen essentialiter de subiecto, tanquam de per se inferiori, nam dicimus homo est animal, sic etiam homo praedicitur essentialiter de Petro, & Paulo, nec tamen est in hoc, vel illo, tamquam accedens in subiecto per inhæzionem, sed tamquam natura communis in suis inferioribus. Et cum prima substantia omnibus subiat, tam, scilicet, secundum substantiis, quam accidentibus, quia de illa haec omnia praediciantur, ideo primo, principaliter, & maxime subsistere dicitur, & maxime omnium substantia, inter secundas vero substantias magis dicitur substantia species, quam genus, tunc quia propinquior est primæ substantiae, tunc quia species magis subiat, quam genus, quia etiam ipsi subiacit generi.

21. Afectiones substantiae sex assignantur ab Aristote. cap. de substantia. Prima, quae communis est omnibus substantiis, & primis, & secundis, earumque pariter differentis, est in subiecto non esse, hoc est in subiecto nullo habere, & deinde nullo accidenter praediciari, si secundo intentionaliter explicatur, Neque id repugnat proximo idem in fine capitis praecedentis, ubi dictum est substantiam quae possit de aliquo subiecto contingenter praediciari, quia ibi erit Sermo de accidentali praediciari per modum accedentis praedicabilis, hic autem loquimur de praedicatione per modum accedentis praedicabilis mentalis, nam fundamentum praedicationis huius vera, ac propria inherencia formæ in subiecto, de quo praedicitur, quae inherencia tam substantiae respicit, consequenter et repugnabit praediciari de aliquo subiecto per modum accedentis praedicabilis. Secunda, quae convenit determinatè secundis, ac eorum differentis, est, ut non vocentur praediciari de primis, id est secundum idem nomen, & eam lem rationem in illis essentialiter inclusam, quod etiam universalibus accidentibus, & eorum differentis competit, non quidem comparatione subiectorum, quibus inhærent, sed inferiorum sub se contentorum in sua Categoria. Tertia, quae determinatè convenit primis, est significare hoc aliquid ad differentiam secundarum quae significat quod, dicebamus ubi isti termini non sumantur eo sensu quo cap. praecedenti dicebamus quaedam universalitatem praediciari in quibus, quaedam in quibus, sed significare hoc aliquid significare narrantem incommunicabilem, significare vero quod quaedam narrantem incommunicabilem, aut numero aut eam specie differentibus, quod etiam universalibus accidentibus respectu inferiorum suorum competit, nam superiora in accidentibus per sua differentia ad inferiora contrahuntur, sicut in substantia, individua vero, seu singularia ipsorum accidentium partim sunt incommunicabilia, quia sub se inferiora non habent, & quibus praedicitur essentialiter, partim communicabilia sunt, quia subiectis, quibus inhærent, denominative communicantur; quod est in incommunicabilia, ut quod, communicabilia, ut quo. Quarta, substantia nihil contrarium esse, tam primæ, quam secundae, quamvis accidentia unius frequentor contraria sint accidentibus alterius, ut accidentia quaedam accidentibus igitur; hoc vero idem competit quantitatibus etiam, non enim bicubitum, & tricubitum contrariatur; neque quatuor, & sex, & sic de ceteris. Et hoc quidem intelligendum est de contrarietate proprie dicta, quae veritate inter formas positivas sibi invicem oppositas, & ab eodem subiecto se mutuò expellentes, quod pacto contrariari dicitur quomodo plurimæ qualitates, & per hoc solvantur rationes, quibus Maior. passu 16. in p. 2. continetur in substantiis veram statere contrarietatem. Quinta, substantia nulla suscipit magis, & minus, non enim patitur infensionem, & remissionem, aut calor in aqua, qui modo intenditur in ea, modo remittitur, quod similiter convenit quantitatibus. Sexta demum, quae est vera proprietates in quarto modo proprii; & competit determinatè primæ substantiae, est, quod una, & eadem numero fit successive, contrarium quomodo rima suscepiam cum sui mutatione, tanquam eorum ultimam subiectum; dicitur successive, quia simul contraria suscipere nequit, dicitur contrarium quomodo, quia opus non est unam, & eam lem substantiam omnium esse contrarium suscepiam, non enim lapis capax est gaudii, & tristitia, & sic in multis aliis, sed satis est, ut aliqua recipere possit, dicitur eum sui mutationis, quia oratio contrarium quidem suscepiam est eadem numero manens salutat, scilicet, & veritatis, verum id non evenit ex orationis mutatione, sed rei, ab eo enim quod res est, vel non est, oratio dicitur vera, vel falsa; dicitur tandem, tanquam substantia ultimam, quia potest quidem quantitas cum sui mutatione contraria suscipere successive, ut superficies albedinem, & nigredinem, sed non tanquam substantiam, quod ad visum res facit illam essentialiter in ordine ad locum, quod in ordine ad ipsum, unde denominat eam magnam vel parvam, diuturnam, vel brevem, &c. Dividitur in continuatam, & discretam. Continua est, cuius partes copu-



*latur termino communi*, vel cuius partes proprias non habent terminos, nec una est ab alia diversa, ut linea bipalmaris, cuius partes palmares sunt invicem conjunctae. *Difcreta est cuius partes non copulantur termino communi*, vel cuius partes denarius hominum dicitur difcreta quantitas, quia partes eius sunt homines, quorum unus est ab alio difcreta, similiter oratio, cuius syllabae sunt ab invicem difcretae. *Continua vero subdividitur in permanentem, & fuceffivam*, illa est, cuius partes sunt simul ut linea, cuius partes simul existunt, hoc est in eodem tempore; ista est, cuius partes non sunt simul, sed una post aliam, ut tempus, & motus, quorum partes non sunt simul, sed una post aliam, non enim unus dies est simul cum alio, neque prima hora simul cum secunda. *Permanentis tres affignantur species*, linea, quae est longitudo sine latitudine, & profunditate; superficies, quae est longitudo cum latitudine, sed sine profunditate; & corpus, quod habet longitudinem, latitudinem, & profunditatem, & ideo trinum dicitur habere dimensionem, superficies duas, linea unam tantum; addit Arist. locum, vel ut quartam speciem loquendo famosè. Succesive affignantur duas, tempus, & motus. Et hae diviso quantitates in permanentem, & fuceffivam reperitur quovis in quantitate difcreta, permanentis est numerus, cuius partes permanent; & vocalis oratio, cuius partes fluunt, dum profertur, unde quantitas formaliter aliquid denominat quantum, nempe longum, latum, profundum, multum, paucum, magnum, parvum, diuturnum, & breve.

22 Affectiones quantitatis tres affignantur. Prima, quae illi communis est cum substantia, est, quod nullum patitur contrarium, nulla enim contrariae inter se lineam, superficiem, & corpus cum in uno, & eodem permanenti subiecto, deinde tempore etiam nihil est contrarium, nec unum tempus alteri contrariatur, non enim huius opponitur aesti, sed eorum qualitates, nec dies contrariatur nocti, quatenus tempus significat, sed ut significat aeris illuminationem, &nox illius privationem, & haec etiam oppositio non est contraria, sed privativa, nulla item in quantitatibus difcretae contrariae reperitur, ut patet discurrendo per singulas; Et solum aliqua difficultas de magno & parvo, multo & paucio, brevi & diuturno, quae contraria videntur, sed facile occurrat Aristoteli, quod si haec aliqua videntur habere inter se contraria, tamen eam non habent, ut quantitates, sed ut relationem fundantem, dicimus enim aliquid magnum & parvum, multum & paucum non per se, & absolute, sed per comparationem ad aliud. Et adhuc fallere est ista esse contraria; alioquin de uno, & eodem contraria enunciarentur, idem enim tempus est breve & diuturnum idem mons magnus, & parvus, iidem homines pauci, & multi comparatione diversorum, non igitur sunt contraria, sed potius relative opposita. Altera quantitas affectiva, quae ei pariter communis est cum substantia, vel non suscipere magis, & minus, hoc est non posse intendi, vel remitti, quomvis bene suscipere possit majus, & minus, quod est magis, & minus extendi. Tertia tandem, quae propria censetur in quarto modo, est ut secundum ipsam dicantur res materiales aequales, vel inaequales in magnitudine, vel multitudine, vel duratione, ita tamen ut *secundum quum* dicat rationem fundamentalem, & non formalem, ut Scotus docet quod 6. formaliter namque res dicuntur aequales, vel inaequales per ipsam relationem aequalitatis, & inaequalitatis.

24 Qualitas definitur ab Aristotele per suum concretum, ut sit *accidentaliter forma absoluta secundum quam subiectum denominatur*, qualescuius quatuor affignant species subalternas, vel potius modos, ut Doctore explicat. a. dist. 6. qu. 10. N. quorum prima est habitus, & dispositio, haec est *qualitas de facili mobilis a subiecto*, ut Virtus in adolescente; ille est *qualitas est de difficili mobilis*, ut Virtus in sene, unde habitus, & dispositio differunt tantum secundum perfectum, & imperfectum, & ideo non duas, sed unam tantum faciunt speciem qualitatis, quia perfectum, & imperfectum non variat speciem, & in hac specie ponitur qualitates omnes, quae sunt subiectum aliquid modo preparatum, & disponunt ad operandum, vel patiendum, sive sint corporeae, sive spirituales, quae ratione inquit Aristoteles habitum posse dici dispositionem, quatenus ad operandum disponit; unde ad hanc speciem reducuntur habitus omnes, tam corporis, quam animae, ea aditus acquirit, & pariter omnes species imperfectae, tum sensibiles, tum intelligibiles, quae licet proprie non sint habitus, tamen habitus similes, quatenus per ea excitantur, & disponunt ad operandum. Secunda species qualitatis continet omnes facultates, vel difficultates naturales ad agendum, vel patiendum, & dividitur in naturalem potentiam, vel impotentiam, quae sunt due inter se essentialiter difcretae qualitates ex nullo actu acquiritur, sed a natura ipsa congenita; unde naturalis potentia est quaedam congenita qualitas, & ex naturali complexione alicui innata, per quam ipsum redditur naturaliter potens ad aliquid agendum, vel ad aliquid resistendum, ut durities quandam naturalem potentiam significat, quae durum est naturaliter potens ad secanti resistendum, ut non facile dividatur; & quidam naturalem habent potentiam, & promptum inveniunt ad cursum, ad lucum, ad palestram, &c. Ex quo patet error ponentem in hac specie omnes potentias animae visivas, auditivas, &c. & omnes proprias passiones, quia hic non fingitur naturalis potentia pro facultate indita a natura, quae potest quod simpliciter facere, nisi talis activa virtus realiter a suo subiecto distingueretur, nam sic ad hanc speciem adhuc perti-

neret, ut dicemus in quaestionebus) sed quae potest sic facere, id est promptè, & expeditè, ut Doctore notavit in d. 16. qu. un. P. Naturalis impotentia est contra est quaedam congenita qualitas, & a naturali complexione indita, per quam ipsum redditur naturaliter impotens, seu ineptum ad aliquid agendum, aut alicui resistendum, ut mollitias naturale significat impotentiam, quae molle naturaliter impotens est ad sectionem resistendum, & in quibusdam est innata quaedam desidia, & ineptitudo ad pugillandum ad saltandum, &c. unde in hoc differt haec fecunda qualitas a prima, quod in illa ponitur facultates naturales, & ingenitae ad operandum, & in illa facultates acquiritur, ut vel habitus, & ideo in hac specie reponit Delphinus noster in sua Dialect. cap. de Qualit. vi res omnium rerum subalternarum, ut plantarum, lapidum, metallorum, & mineralium omnium; nam tales virtutes reddunt ea, quibus sunt ingenitae, potentia ad aliquid agendum, aut alicui resistendum: ac etiam omnes Caelorum influentias praeter motum, & lumen.

25 Insuper tertia qualitas est passio, & passibilis qualitas, quae tantum accidentaliter inter se differunt secundum perfectum, & imperfectum, passio enim est qualitas illico transiens, ut rubor ex veredicta proveniens; passibilis vero qualitas est magis radicata in subiecto, & sub haec specie omnia continentur sensuum exterorum objecta: ut lux, lumen, coloris, odores, sensus, sapores, omnes deniq; tangibiles qualitates frigiditas, caliditas, &c. quae omnes ideo dicuntur passibiles qualitates, quia in hac specie reponuntur, ut natae sunt immutare sensus nostros, & eis passionem aliquam inferre, imprimendo nimirum in sensibus species sensibiles, & cum eis efficiendo sensiones; & ad hanc speciem reducit Delphinus citat. omnes tum corporis, tum animae passiones, amorem, scilicet, odium, gaudium, tristitiam, dolorem, iram, timorem spem, &c. omnes item actus, seu operationes facultatum organicarum, sive inorganicarum vel sensiones, imaginationes, appetitiones, intentiones, & volitiones, eo quia sunt actus ultimi non ordinantes potentiam ad operandum, & ideo potius spectant ad hanc speciem, quam ad primam, est Doctore utrumque admittat ut probabile est quod 13. C. Arist. vero solum ponit exemplo de qualitatibus sensibilibus, tamquam de manifestioribus, ait Doctore ibidem. Quarta species est forma & figura, quae in proposito pro eodem funtuntur pro dispositione nimirum, & terminatione quantitatis, vide in aliqua re figurata postsumus considerare tria, scilicet, ipsam rem, ex qua constat, ut lignum, & quoad hoc pertinet ad genus substantiae; quantitate eius terminatam linealiter, & superficialiter, & sic pertinet ad genus quantitatis; tandem terminationem, vel dispositionem quantitatis, quae dici solet forma, & figura, ut relictum, curvitas, triangulatio, quadrangulatio, &c. & haec consistit hanc quantam speciem qualitatis, in qua proinde ponuntur omnes figurae artificiales, & naturales, tam animaliorum, quam inanimatarum. Monet tamen Doctore d. 4. d. 1. q. 4. S. & d. 12. q. 1. in re veritate figuram quod absolute importare non posse, cum figura ultra quantitatem non dicat, nisi relationem terminorum includentium partes ad se invicem ponitur tamen species quaedam qualitas, quia habet nomen denominandi, & praedicandi qualitates, absolute tamen nempe, & sine expressa relatione ad aliud, homo namque denominatione absoluta ita dicitur a pulchritudine pulcher, sicut ab albedine albus; ita Doctore quod 13. I.

26 Affectiones qualitatis tres affignantur. Prima est habere contrarium, frigiditas namque caliditatis contrariatur, albedo nigredini, quae tamen non omni competit qualitati, nam nec colores medii ad invicem contrariantur, cum ibi eodem genere non maxime distent, quae maxima distantia est de ratione contrarium, nec species sensibiles, aut intelligibiles contrarium habent, nec lumen, cui est apponitur tenebrae, haec tamen est oppositio positiva, qualis esse debet contrarietas, sed tantum privativa. Secunda est, quod suscipit magis, & minus, una enim qualitas est magis intensa, quam alia, ut nix v. g. calidum habet plures caloris gradus, quam aliud, & idem in diverso tempore est modo magis, modo minus calidum; haec autem proprietates non conveniunt qualitati in abstracto, non enim una albedo dicitur magis albedo altera, quia cum per abstracta nomina denotentur quidditates, & essentiae rerum consistant in indivisibilibus, hinc est, quod qualitates in concreto tantum suscipiunt magis, & minus, & secundum gradus individuales; hanc tamen affectionem ait Aristoteles non convenire omni qualitati, quae nec quartae speciei, nec qualitatibus in abstracto; sed quae quartae speciei albedo modo etiam convenire potest, quia unam lineam dicimus esse magis, vel minus curvam alia. Tertia affectio, quae propria censetur qualitati in quarto modo, est secundum eam aliquid dici simile, vel dissimile, sicut secundum quantitatem dicebantur aequalia, unde duo alba dicuntur similia, album, & nigrum dissimilia, ita tamen ut *secundum* notet rationem fundamentalem, non vero formalem, quia haec est ipsa relatio similitudinis, vel dissimilitudinis.

C A P U T V I I.

De praedicamentis respectivis.

27 Relatio est accidens, quod una res ad aliam refertur, seu quo una res aliam respicit, quae ratione solet appellari respectus,

Autus Paternitas est relatio quae est id quo Pater refertur ad filium, vel respicit filium, & ideo Relativa quae sunt concreta relationes, definitur *esse illi quorum esse est ad aliud se habere*, in quibus tria considerari debent, ad quod refertur, id est, quo refertur, id, ad quod refertur, primum appellatur subiectum, quatenus est illud, in quo refertur, & dicitur etiam fundamentum, ut Petrus, qui fundat paternitatem in ordine ad Paulum; secundum autem est quod formaliter, ad fundamentale, formale est ipsam relationem, v. g. paternitatem, fundamentale est ratio fundandi relationem, v. g. potentia ad viva generandi in Patre; tertium est terminus relationis, & dicitur correlativum, ut Paulus filius. Relatio alia est realis alia rationis, hoc fit ab intellectu in res, quae relationem a parte rei fundare non potest, ut v. g. in Deo in ordine ad creaturam; illa reperitur in re secluso quocunque opere intellectus, ut in Creatura in ordine ad Deum, ad quae tres requiruntur conditiones ex Scoto 1. d. 31. & quod 6. ar. 3. quod extrema rei realia, quod sint realiter distincta, & quod inter ea ex natura oriatur extremorum non verò per actum intellectus, & haec subdividitur in apudiales, quae respiciunt terminum non actu existentem, sed apudiales, & subiecto realiter identificantur, ut filius propriae passionis, & sensus, sed non contra ablatam scientiam, auteritur utique scientia, & sensus, sed non contra ablatam scientiam, & sensum, auteritur sensibus, & sensibile. Quinta tandem affectio, quae eisdem competit relativis, est, quod non tantum simul natura, sed etiam simul cognitione, & definitione, ita ut definitio cognoscit unum relativum, & definit cognoscat, & alterum, quia distinctio cognitio unius relativum ex distinctio alterius cognitione dependet, de qua proprietate fusius infra in disput. 3. quaest. 11.

28 Actio ex Auctore sex principiorum est secundum quum in id, quod subiectum, agere dicitur, id est, ut explicat Doctore in d. 13. qu. 1. est respectus ipsius agentis ad passum, quo agens dicitur formaliter agens, & dicitur notatur formaliter, quia agens effective non dicitur agere actione, sed sua virtute absolute, ut ignis effective dicitur agere calore, sed formaliter dicitur agere actione, unde notat Doctore cit. sub P. quod aliter calidum calore calefacit, & aliter calefactione, nam calore calefacit, ut principio effectivo, & fundametalis, quod dicitur ratio agendi, calefactione vero, ut principio formalis denominandi calidum agens, quod vel secundum quum dicitur habitudinem causae formalis, & formae proximè definitis agens. Dicitur in id quod subiectum ad differentiam productionis, quae respicit pro termino, non subiectum transmutatum, sed forma in illo produciens, v. g. calor in aqua, &c. ideo est respectus intrinsecus ad quod recipitur, & ad quod dicitur, & est respectus intrinsecus ad agens, nam ut inter ipse, & aqua respectus calefactionis exurgit, debet aqua illi approximari, unde minus rectè Delphinus, & Ponticus respectu productionis in hoc predicamento reponit. Dividitur Actio velut genus in specie in immanentem, & transeuntem ex Scoto quod 13. D. d. per immanentem intelligendo, quae est ad terminum manentem in agente, ut actio, quae oculus in immutat ad visionem, & intellectus ad intellectionem, quia visio manet invidente, &c. per transeuntem vero, quae est ad terminum transeuntem extra agens, ut calefactio, per quae ignis non seipsum transmutat, sed aquam in qua recipitur calor productus, solent etiam operationes vitales appellari actiones immanentes, ut visio, auditio, intellectio ex Aristotele. 16 sed aequivoce solum, & grammaticulariter, quatenus significatur per verbum ad vim, alioquin sunt qualitates de tertia specie, ut ibi diximus, & monet Doctore c. Propria actionis affectio in quarto modo exponitur, quatenus si actio, est, valet inferre, quod etiam fit passio, hinc enim illicio convenit etiam passioni, quia relativa mutua, ut sunt huiusmodi, inferuntur de mutuo, sed intelligendū est de illatione causationis, quod sensu causa inferat effectum, non contra, est autem hoc proprium actioni in quarto modo, quia licet qualitas, aut substantia, ut ratio agendi, & principii effectivum inferat passionem, non tamen tamquam principium formale, & forma denominis.

30 Passio definitur ab Auctore sex principiorum, quae sit effectiva, illatio, quae actionis hoc est effectus, qui inferitur ab actione, quae est quaedam notificatio passionis per eius proprietatem, propriam enim passionis in quarto modo est ab actione inferri modo iam declarato, melius tamen describi potest ex Scoto loc. cit. quod sicut actio formaliter de ipsa loquedo est respectus agentis ad passum, seu transmutantis ad transmutatum, ita est contra passio est respectus passi ad agens, seu transmutati ad transmutatum, unde sicut actio pro formalis subie datur in agente, ita passio in passio. Et sicut actionis duas assignabatur species subalternas, ad hoc dicitur, immanens, & transeuntes, duae erunt species passionis, passio nimirum immanens, quae erit effectus illatus ab agente, sed non extra seipsum, & transeuntes, quae erit effectus illatus ab agente, sed extra seipsum, unde quando aliquid agit in seipsum, ut cum aqua calida se frigeat, dicitur pati passio ne immanentem. Quando vero agit in aliud, illud aliquid dicitur pati passionem transeuntem, & licet communiter haec divisio fit actionis, nil tamen impedit, quin tuo modo applicetur passioni. Omittimus hic quaedam divisiones alias actionis, & passionis, quas assert Auctore sex principiorum, puta in corporalem, & spiritualem, &c. quia non sunt divisiones formaliter, & per se actionis, & passionis competentes, sed tantum ratione subiectorum, in quibus fundantur, palatae autem a nobis petite sunt a terminis a quibus praesertim specificantur actiones. Commune est autem actionis, & passionis habere contrarium, & suscipere magis, & minus, non quidem per se, sed per accidens, quatenus qualitates quae imprimuntur ab agente in passum inter se contrariantur, vel magis, & minus suscipiunt, id est intenduntur, & remittuntur, sic calefactio dicitur frigidationi contraria, sive sit activa, vel passiva, & una res dicitur calefacere, vel caleferi magis alia.